Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift

212

timore tormentorum ei. Longe stantes in corpore. sed animo. dum
unusquisque timor. quod alterum per calumnias pati uidet.
dicentes. ue ue ciuitas illa magna babylon. ciuitas illa for
tis. quia una hora uenit iudicium tuum. Spiritus dicit nomen ciuitatis.
uerum illi mundum plangunt. erigno ad modicum tempore
pena interceptum omnemque industriam labefactam cessasse.
et negotiatores terre flebunt et lugebunt super illa. quia mer
ces eorum nemo emet amplius. et cetera. Cunctas mundi pompas
et ea quae sensibus corporis suauia. ut externis sunt usibus accomo
da deficere lugent. Species enim metallorum aduisum. odoramen
ta adolfactum. unguenta ad tactum. uinum triticum et oleum ad
gustum ponent. Iumentorum porro et mancipiorum uocabulo.
cetera humanitatis auxilia pire querunt duplici genere
ut dicit. quod deficiant ista mundo moriente. ut quod mi
seri superstites eorum interitum quia mundi gaudia morte re
liquerant quasi suae ciuitatis ruinas deplorent. quae
ido metu pene similis longe stare dicunt. Qui diuites
facti sunt abea. longe stabunt. Ubicunque dicit spiritus ditatos
abea. delictorum diuicias significat. Inferi enim ubi minus
tur uoce dicentium. ue ue ciuitas illa magna. in qua di
tati sunt omnes qui habent naues in mari. Rerum diuicie intel
ligunt. putant enim suae factionis sollercia se esse ditatos.
ue amicta erat byssina et purpura et cocco. Hunquam
ciuitas amicitur busso aut purpura et non homines. Ipsi
se itaque plangunt. dum supra dictis expoliantur. Et omnis
gubernator et nauta elonge stetere uidentes locum in
cendii ei. Humquam omnis mare nauigantes ad esse poterunt